

phrasis occurrit iterum de Judæis immorigeris *Esa. XLVIII. 1.* (62) *1. Reg. II. 27.* (63) *Psalm. LXIII. 12.* (64) *in Clav. Scripturae S. p. 495. edit. Lips. de Ao. 1695.* (65) *in Comment. ad Psalm. h. l.* ubi tamen male tanquam locum parallelum, adducit *Esa. XIX. 18.* cum ibi verbum jurare non construatur cum כ, sed cum ל, de qua phrasi postea. (66) *c. VIII. 14.* conf. interpretes *ad h. l.* (67) *Zephan. I. 5.* addi possunt *2. Chron. XV. 14. Esa. XIX. 18.* (68) *in Versione ad h. l.* (69) *in Comment. ad Prophet. minor. ad h. l.*

§. 8. Huic essentiali nomini divino interdum adjungebant aliquam periphrasticam DEI descriptionem, plerumque ab attributis ejus desumptam. Sic jurarunt *per vitam DEI*, h. m. *הי יהוה* quam vere vivit Dominus, (70) cum qua formula ferme coincidit, juramentum *Filii DEI*, cum jurasse legitur *בחי העולם* *per viventem in aeternum.* (71) Jurarunt pariter *per Majestatem atque omnipotentiam DEI*, sic *Abrahamus* adjurat servum suum, *כיהוה אלהי השמים ואלהי הארץ* (72) *per Dominum DEum caelorum & Deum terra;* & *Zedeckias*: *הי יהוה אשר עשה לנו אלהים* (73) *quam vere vivit Dominus, qui animam nostram fecit.* Item *per bonitatem DEI*; sic *David*, *הי יהוה אשר פדה את נפשי מכל צרה.* *Per vitam DEI*, qui liberavit animam meam ab omni angustia. (74) Sic etiam crebrius aliqui hac formula jurantes introducuntur *כיהוה* *per DEUM, Dominum Israelis.* (75) *Per veritatem & omniscientiam ejus*; Sic *Apostolus Paulus* DEUM tanquam testem veracem allegat, dicens: *Μάρτυρ γάρ μου ἐστὶν ὁ θεὸς, ὃ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματι καὶ μὲν* (76) *Testis meus DEUS est, quem colo Spiritu meo, item: ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ οὐδὲν, ὃ ἂν εὐλογητός εἰς τὰς αἰῶνας, ὅτι ἔψευδομαι.* *DEUS & Pater Domini nostri J. C. qui est laudandus in Secula, novit, quod non mentiar.* (77) Et alio in loco, *ἰδὲ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ὅτι ἔψευδομαι.* *Ecce, coram DEO, non mentior.* (78) Pertinet huc quoque juramentum *Jacobi*, de quo dicitur: (79) *וישבע יעקב וקיים יעקב בדרך חויל*; *כפחד אבי יצחק*, quod *Targum Onkelos* reddit: *לירא אבוהי יצחק*, *LXX. Interpretes*: *καὶ ὤμοσεν Ἰακώβ κατὰ τὸ φόβον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἰσαάκ.* *Lutberus*: *Und Jacob schwur ihm bey der Furcht seines Vaters Isaac.*

(70) *1. Sam. XIX. 6. XX. 3. 1. Reg. XIII. 10. Jer. IV. 2. Ec.* (71) *Dan. XIII. 7.* de quo loco vid. *Lipmanni Nizachon*, §. 335. & *Lib. Cosri per Buxtorfium editus p. 274. et Vorstn in Theol. Jud. p. 268.* (72) *Gen. XXIV. 3.* (73) *Jer. XXXVIII. 16.* (74) *1. Reg. I. 19. & 2. Sam. IV. 29.* (75) *Joh. IX. 19. 1. Reg. I. 30. seq.* (76) *Rom. 7. 9.* (77) *2. Cor. XI. 31.* (78) *Gal. I. 20.* (79) *Gen. XXXI. 53.*

§. 9.